Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

adpraefinitum tempus apparet. Paruulus ergo est qui
lacte alit & expers est sermonis iustitiae. Nec potest
cibum solidum sapientiae diuinae. & scientiam legis
accipere. Qui non potest spiritalia spiritalib. con
parare. Qui nondum potest dicere. Cum autem fuerit
sum uir. Quae paruuli erant deposui. Iste ergo ni
hilum differt a seruo. Si uero relinquent infantiam xpi
sermonem ad perfectionem ferent. & quaesierit. & quaerent.
ubi xpi est. in dextera dei sedens. Non quae sunt terrena
& contemplentur. Non ea quae uidentur. sed quae non uidentur.
Neque in diuinis scripturis sequatur occidentem littera.
sed uiuificantem spm. Ex illis erit sine dubio qui non
accipiunt spm seruitutis iterum in timore. sed spm ad
optionis in quo clamant abba pater. Quid interim agat
abraham. post quam indignatae e. sarae. uidetur.
Eiecit ancillam & filium eius. Sed tamen dat ei. uterem
aquae. Non enim habebat mater eius puteum aqua uiuae.
Nec poterat, puer haurire de puteo aquam. Isaac habebat
puteos. pro quibus & certamina patitur aduersum philisti
nos. Ismahel autem de utre bibit aquam. sed hic uter
quasi uter defecit. & ideo sicut sitit. & non inuenit potum.
Tu autem qui secundum isaac repromissionis es filius. bi
be aquas. de uis fontis. & de puteis tuis. Aquae
non effluant foras. sed in plateis tuis currant. tuae